

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Terentius,|| A` M. Antonio Mvreto|| locis prope  
innumerabilibus|| emendatus.||**

**Terentius Afer, Publius**

**Venetiis, 1558 [erschieden] 1559**

Scena Prima.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-723936](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-723936)

Me egre pati, illi nolui: nam ita est homo:  
 Cum placo, aduorsor sedulo, & deterreo,  
 Tamen humane uix patitur: uerum si augeam,  
 Aut etiam adiutor sim eius iracundiae,  
 Insaniam profecto cum illo. etsi Aeschinus  
 Non nullam in hac re nobis facit in uriam.  
 Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedit  
 Aliquid? postremo nuper (credo iam omnium  
 Tædebat) dixit uelle uxorem ducere.  
 Sperabam iam deferuisse adolescentiam:  
 Gaudebam. ecce autem deintegro. nisi: quicquid est,  
 Volo scire, atque hominem cōuenire, si apud forū est.

## ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA.

SANNIO, AESCHINVS.

S. Bsecro, populares ferte misero, atque inno-  
 centi auxilium:  
 Subuenite inopi. Ae. ociose, nunc iam illico  
 hic consistite:  
 Quid respectas? nihil periculi est: nunquam, dum ego ade-  
 ro, hic te  
 Tanget. Sa. ego istam inuiti omnibus.  
 Ae. Quanquam est scelestus, non cōmittet hodie unquam  
 iterum ut uapulet.  
 Sa. Audi Aeschine, ne ignarū fuisse te dicas morum meum,  
 Ego leno sum. Ae. scio. Sa. at ita, ut usquam fuit fide  
 quisquam optuma.  
 Tu quod te posterius purges, nolle hanc iniuriam mihi

L 3

Factam

Factam esse; huius non faciam. crede hoc, ego meum  
ius persequar:

Neque tu uerbis solues unquam, quod re mihi malefe-  
ceris.

Novi ego uestra hæc: nollem factum: dabitur iusiuran-  
dum, esse te

Indignum iniuria hac; indignis cum egomet sim acce-  
ptus modis.

Ae. Abi præ strenue, ac fores aperi. Sa. ceterum hoc nihil  
facis.

Ae. Intro nunc iam. Sa. at enim non sinam. Ae. accede ille  
luc Parmeno,

Nimum abijsti istoc, hic propter hunc assiste. hem, sic  
uolo,

Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam dimoveas  
tuos,

Ne mora sit, si inuenerim, quin pugnus continuo in ma-  
la hæreat.

Sa. Istuc uolo ergo ipsum experiri. Ae. hem serua. omittit  
mulierem.

Sa. O facinur' indignum. Ae. geminabit, nisi caues. Sa. huius  
misero mihi.

Ae. Non innueram: uerum in istam partem potius pecca-  
to tamen:

Inunc iam. Sa. quid hoc rei est? regnum ne Aeschine  
hic tu possides?

Ae. Si possiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus.

Sa. Quid tibi rei mecum est? Ae. nihil. S. quid? nostin', qui  
sim? Ae. non desidero.

a. Tetigin' tui quicquam? Ae. si attigisses, ferres infero  
tunium.

fortunium.

Sa. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?

Responde. Ae. ante aedes non fecisse erit melius hic conicium:

Nam si molestus pergis esse, iam intro arripere, atque ibi usque ad necesse operiere loris. s. loris liber? Ae. sic erit.

Sa. O hominem impurum. hiccine libertatem aiunt aequam esse se omnibus?

Ae. Si satis iam debacchatus es leno, audi si vis nunc iam.

Sa. Egon debacchatus sum in te, an tu in me? Ae. omittite ista, atque ad rem redi.

Sa. Quam rem? quod redeam? Ae. iam ne me vis dicere, quod ad te attinet?

Sa. Cupio, modo aequi aliquid. Ae. uah, leno iniqua me non uolt loqui.

Sa. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium, Periurus, pestis: tamen tibi a me nulla est orta iniuria.

Ae. Nam hercle etiam id restat. Sa. illuc quaeso redi, quod coepisti, Aeschine.

Ae. Minis uiginti tu illam emisti, quae res tibi uortat male: Argenti tantum tibi dabitur. Sa. quid, si ego illam nolo uendere,

Coges me? Ae. minime. Sa. nanque id metui. Ae. neque uendundam censeo,

Quae libera est: nam ego illam liberali assero causa manu. Nunc uide utrum uis, argentum accipere, an causam meditari tuam.

Delibera hoc, dum ego redeo, leno. Sa. pro supreme Iupiter:

L 4 Minime

A D E L P H I I

Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria.  
 Domo me eripuit, uerberauit: me inuito abduxit me.  
 Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.  
 Ob malefacta hæc tãtidem emptã postulat sibi tradier.  
 Verum enim, quando bene promeruit, fiat: suum in  
 postulat.  
 Age iam cupio, modo si argentum reddat. sed ego hæc  
 hariolor.  
 Vbi me dixero dare tanti, testes faciet illico,  
 Vendidisse me: de argento somnium: mox, cras redi.  
 Id quoque possum ferre, si modo reddat: quanquam ini  
 iurium est.  
 Verum cogito id, quod res est. quando eum quaestum oc  
 ceperis,  
 Accipiunda, et mussitanda iniuria adolescentium est.  
 Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes  
 deputo.

ACTVS SECVNDI SCENA VII.

SYRVS, SANNIO.

Sy. Ace, egomet conueniam iam ipsum: cupide  
 t accipiat faxo, atque etiam  
 Bene dicat secum esse actum. quid istuc Sannio  
 est, quod te audio  
 Cum hero nescio quid concertasse? s. nunquam uidi ini  
 quius  
 Cõcertationẽ cõparatã, quã in quã hodie inter nos fuit.  
 Ego uapulando, ille uerberando, usque ambo defessi  
 sumus.

Sy.